Supplementary Materials S1.1: Hagiographical Readings for Four Feasts in Matins, BR1568

Agatha (5 February)	Lucy (13 December)	Agnes (21 January)[1]	Cecilia (22 November)
Lectio 4 Agatha virgo, in Sicilia nobilibus parentibus nata, quam Panormitani et Catanenses civem suam esse dicunt, in persecutione Decii imperatoris Catanae gloriosi martyrii coronam consecuta est. Nam cum pari pulchritudinis et castitatis laude commendaretur, Quintianus Siciliae praetor ejus amore captus est. Sed cum, tentata modis omnibus ejus pudicitia, Agatham in suam sententiam perducere non posset, christianae superstitionis nomine comprehensam, Aphrodisiae cuidam mulieri depravandam tradit. Quae Aphrodisiae consuetudine cum de constantia colendae christianae fidei et servandae virginitatis removeri non posset, nuntiat illa Quintiano se in Agatha operam perdere. Quare ille ad se Virginem adduci jubet; et, Nonne, inquit, te pudet nobili genere natam, humilem et servilem Christianorum vitam agere? Cui Agatha: Multo praestantior est christiana humilitas et servitus, regum opibus ac superbia.	*Lectio 4* Lucia virgo Syracusana, genere et christiana fide ab infantia nobilis, una cum matre Eutychia, quae sanguinis fluxu laborabat, Catanam ad venerandum corpus beatae Agathae venit: quae ad eius sepulcrum cum suppliciter orasset, Agathae intercessione matri sanitatem impetravit. Statim vero matrem exoravit, ut quam dotem sibi datura esset, Christi pauperibus tribui pateretur. Ut igitur Syracusas rediit, omnem pecuniam, quam ex facultatibus venditis redegerat, pauperibus distribuit.	*Lectio 4* Agnes Romana virgo, nobili genere nata, tredecim annorum a praefecti urbis filio, qui eius amore flagrabat magnis muneribus tentatur, an sibi nubere velit. Quae se praestantiori desponsam responsdit, nec adduci posse, ut fidem falleret quam ei dedisset. At ille insana cupiditate stimulatus, cum pretiosiora ei in singulas preces offerret munera et ingentes polliceretur divitias, iis contemptis et irrisis omnibus, virgo, Discede, inquit, a me pabulum mortis, fomes peccati, multo uberiora et praeclariora mihi deferens, me nobilior ille prior occupavit sponsus. Is annullo dato sibi desponsavit, is collum ac dexteram meam fulgentibus ac sempiternis gemmis ornavit: quem ego et amans casta et tangens munda et accipiens virgo sum. Ea repulsa furens praefecti filius, rem ad Symphronium patrem detulit. Is indigne ferens, quemquam filio suo praeferri, cum a suis qeausisset quinam ille esset, cui se Agnes desponsam diceret intellexit, Agnetam a prima aetate Christianam adeo magicis artibus addictam ut sponsum suum esse Christum sibi persuadeat.	*Lectio 4* Caecilia, Virgo Romana, nobili genere nata, a prima aetate christianae fidei praeceptis instituta, virginitatem suam Deo vovit. Sed, cum postea, contra suam voluntatem, data esset in matrimonium Valeriano, prima nuptiarum nocte hunc cum eo sermonem habuit: Ego, Valeriane, in Angeli tutela sum, qui virginitatem meam custodit; quare ne quid in me committas, quo ira Dei in te concitetur. Quibus verbis commotus Valerianus, illam attingere non est ausus; quin etiam addidit se in Christum crediturum, si eum Angelum videret. Cui Caecilia cum sine baptismo negaret id fieri posse, incensus cupiditate videndi Angelum, se baptizari velle respondit. Quare hortatu Virginis ad Urbanum Papam, qui propter persecutionem in Martyrum sepulcris via Appia latebat, veniens, ab eo baptizatur.
Lectio 5 Quam ob rem iratus praetor hanc ei optionem dat, velitne potius venerari deos, an vim	*Lectio 5* Quod ubi rescivisset is, cui eam parentes contra Virginis voluntatem desponderant, apud Paschasium praefectum Luciam, quod Christiana esset, accusavit. Quam ille cum nec precibus, nec minis ad cultum idolorum posset perducere; immo tanto magis incensam videret ad celebrandas Christianae fidei laudes, quanto magis ipse eam a sententia avertere conabatur: Cessabunt, inquit, verba, cum ventum erit ad verbera. Cui Virgo: Dei servis verba deesse non possunt, quibus	*Lectio 5* Quo audito, praefectus virginem una cum parentibus accersit, eamque monet, ut neglecta Christianorum superstitione honestissimam filii sui conditionem accupieret. Quae cum virum et dominum suum esse Christum	*Lectio 5* Inde ad Caeciliam reversus, orantem et cum ea Angelum divino splendore fulgentem invenit. Quo aspectu obstupefactus, ut primum ex timore confirmatus est, Tiburtium fratrem suum accersit; qui, a

[1] For Agnes, the *legend* found in the *editio princeps* of the BR1568 is given here, but it should be noted that even before the BR1911, this readings for Agnes's feast had been replaced by the genuine sermon of Ambrose (given below for her feast in the LH1971).

tormentorum subire. At illa constans in fide, primum colaphis caesa mittitur in carcerem; unde postridie educta, cum in sententia permaneret, admotis candentibus laminis in equuleo torquetur. Tum ei mamilla abscinditur; quo in vulnere Quintianum appellans Virgo, Crudelis, inquit, tyranne, non te pudet amputare in femina, quod ipse in matre suxisti? Mox conjecta in vincula, sequenti nocte a sene quodam, qui se Christi Apostolum esse dicebat, sanata est. Rursum evocata a praetore, et in Christi confessione perseverans, in acutis testulis et candentibus carbonibus ei subjectis volutatur.

Lectio 6 Quo tempore, ingenti terraemotu urbs tota contremuit, ac duo parietes, corruentes, Silvinum et Falconium intimos praetoris familiares oppresserunt. Quare vehementer commota civitate, veritus populi tumultum Quintianus, Agatham semimortuam clam reduci imperat in carcerem. Quae sic Deum precata: Domine, qui me custodisti ab infantia, qui abstulisti a me amorem saeculi, qui me carnificum tormentis superiorem praestitisti, accipe animam meam. Ea in oratione migravit in caelum, Nonis Februarii: cujus corpus a Christianis sepelitur.

a Christo Domino dictum est: Cum steteritis ante reges et praesides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini; non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Sanctus, qui loquitur in vobis.

Lectio 6 Quam cum Paschasius interrogasset, Estne in te Spiritus Sanctus? respondit: Caste et pie viventes templum sunt Spiritus Sancti. At ille, Iubebo te ad lupanar duci, ut te Spiritus Sanctus deserat. Cui virgo: Si invitam iusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Quare Paschasius ira inflammatus, Luciam eo trahi jussit, ubi ejus virginitas violaretur: sed divinitus factum est, ut firma virgo ita consisteret, ut nulla vi de loco dimoveri posset. Quam ob rem praefectus circum ipsam, pice, resina, ac ferventi oleo perfusam, ignem accendi imperavit: sed cum ne flamma quidem eam laederet, multis tormentis excruciatae guttur gladio transfigitur. Quo vulnere accepto, Lucia praedicens Ecclesiae tranquillitatem, quae futura erat Diocletiano et Maximiano mortuis, Idibus Decembris spiritum Deo reddidit. Cujus corpus Syracusis sepultum, deinde Constantinopolim, postremo Venetias translatum est.

affirmaret, parentes hortatur praefectus ut puellam de illa mente deducant. Postridie eius diei ispe vocat Agnete et frustra adhibito omni persuadendi artificio: iubet puellam, si virginitas tantopere ei placeret cum virginibus Vestalibus vivere, sin minus, cum scortis vitam agere. Cui illa: nec divinum honorem Vestae, inquit, habere volo, quae nihil aliud est, nisi linguem aut lapideum simulacrum et si virginitatem meam in discrimen adduxeris, mecum habeo custodem corporis mei angelum domini, qui me inviolarem servabit. Quibus verbis furore inflammatus Symphronius, virginem ad scorta duci iubit.

Lectio 6 Quo, cum ea violaturus praefecti filius esset ingressus, vidit ipsalm clarissima luce circumfusam, sed nihil ominus infanta perseverans continuo concidit mortuus. Qui mox oratione virginis reviviscens prodiit in publicum exclamans templa deorum esse daemonum domicilia. Quare idolorum ignominia magnopere commoti pontifices. Agnetem apud Symphronium magicarum cantionum accusant. Qui etsi virginem libenter absoluisset, tamen pontificum calumniam veritus causae cognitionem Aspasio vicario dedit. Is in ardentem rogum puellam iniici imperat, quam divisa in duas partes flamma non attigit: immo vero, orante ipsa extinctus est ignis. Quo facto usque adeo Alphasius ira concitatus est, ut eam securi percuti iuberet duodecimo Calendas Februarii. Cuis corpus parentes in suo praedio via Nomentana sepelierunt

Caecilia Christi fide imbutus et ab eodem Urbano baptizatus, ipse etiam ejusdem Angeli, quem frater ejus viderat, aspectu dignatus est. Uterque autem paulo post, Almachio praefecto, constanter martyrium subiit. Qui mox Caeciliam comprehendi imperat, ab eaque primum, ubi Tiburtii et Valeriani facultates sint, exquirit.

Lectio 6 Cui, cum Virgo omnia illorum pauperibus distributa esse respondisset, eo furore concitatus est, ut eam, in ipsius aedes reductam, in balneo comburi jusserit. Quo in loco cum diem noctemque ita fuisset ut ne flamma quidem illam attingeret, eo immissus est carnifex, qui ter securi ictam, cum caput abscindere non potuisset, semivivam reliquit. Illa triduo post, sextodecimo Kalendas Octobris, Alexandro imperatore, duplici virginitatis et martyrii palma decorata, evolavit in caelum. Cujus corpus ab ipso Urbano Papa in Callisti cœmeterio sepultum est, in ejus aedibus ecclesia ipsius Caeciliae consecrata. Ejus et Urbani ac Lucii Pontificum, Tiburtii, Valeriani et Maximi corpora, a Paschali primo Pontifice inde translata in Urbem, in eadem sanctae Caeciliae ecclesia condita sunt.

Supplementary Materials S1.2: Hagiographical Readings for Four Feasts in the Office of Readings, LH1971

Agatha (5 February)

Anniversaria sanctae martyris commemoratio in unum hunc locum nos omnes collegit, ut nostis, o mei auditors, antiquae quidem martyris et primariae propter insigne certamen, sed vero recentis, quae quasi nunc decertando vincat propter divina miracula, quibus cotidie coronatur, pulchreque decoratur. Virgo quidem est, quia ex immortalis Dei Verbo (quod etiam propter me in carne sua mortem gustavit) indivisoque Deo Filio nata est, ut loquitur theologus Iohannes: *Quotquot autem recepterunt eum, dedit eis postetatem filios Dei fieri.* Mulier igitur virgo, quae vos invitavit ad nostrum religiosum epulum, *illa est mulier bene desponsa uni viro Christo*, ut verbis utar apostoli Pauli de thalami coniunctione.

Virgo, quae conscientiae a lumine, coloreque sanguinis veri divinique Agni et labia sua et genas et linguam purpurissabat exornabatque, necnon etiam continua mentis suae cognitione necem sui studiosi amatoris, quasi nuper sanguine madentis, revolvebat intusque circumferebat; ut haec stola eius confessionis non solum indelebilem ferret Christi notam purpurei sanguinis alte iam

Lucy (13 December)

Tu, una de populo, una de plebe, certe tu una de virginibus, quae corporis tui gratiam splendore mentis illuminas (propior enim es quae Ecclesiae compararis), tu, inquam, in cubili tuo et nocturno tempore constituta, semper meditare Christum, et eius adventum omnibus sperato momentis.

Talem te Christus desideravit, talem te Christus elegit. Aperto itaque ingreditur ostio; neque enim potest fallere, qui se ingressurum esse promisit.

Complectere igitur quem quaesisti; accede ad ipsum et illuminaberis; tene illum, roga ne cito abeat, obsecra ne recedat. Verbum enim Dei currit, fastidio non capitur, neglegentia non tenetur. Obeat anima tua in verbo eius, et caelestis sermonis insiste vestigio; cito enim transit.

Denique quid ait illa? *Quaesivi eum, et non inveni illum: vocavi eum, et non obaudivit me.* Ne putes displicere te, quae vocasti, quae rogasti, quae aperuisti quod tam cito abiit: sinit nos asaepe tentari. Denique turbis rogantibus ne recederet, quid ait in Evangelio? *Et aliis civitatibus oportet me evangelizare verbum Dei, quia ideo missus sum.* Sed etiam si tibi ille abisse videtur, exi, rursus explora.

Quis autem te, nisi sancta Ecclesia, debet docere quemadmodum Christum teneas? immo iam docuit, si quae legis, intellegas: *Quam modicum*, inquit, *fuit, cum transivi ab ipsis, donec inveni quem diexit anima mea: tenui eum, et non*

Agnes (21 January)

Natalis est virginis, integritatem sequamur; natalis est martyris, hostias immolemus. Natalis est sanctae Agnetis. Haec duodecim annorum martyrium fecisse traditur. Quo detestabilior crudelitas, qua nec minusculae pepercit aetati, immo magna vis fidei, quae etiam ab illa testimonium invenit aetate.

Fuitne in illo corpusculo vulneri locus? Et quae non habuit quo ferrum reciperet, habuit quo ferrum vinceret. At istius aetatis puellae torvos etiam vultus parentum ferre non possunt, et acu districta solent puncta flere quasi vulnera.

Haec inter cruentas carnificum impavida manus, hac stridentium gravibus immobilis tractibus catenarum, nunc furentis mucroni militis totum offerre corpus, mori adhuc nescia, sed parata; vel si ad aras invita raperetur, tendere Christo inter ignes manus atque in ipsis sacrilegis focis tropheum Domini signare victoris; nunc ferratis colla manusque ambas inserere nexibus, sed nullus tam tenuia membra poterat nexus includere.

Novum martyrii genus? Nondum idonea poenae et iam matura victoriae; certare difficilis, facilis coronari; magisterium virtutis implevit, quae praiudicium vehebat aetatis. Non sic ad thalamum nupta properaret, ut ad supplicii locum lata successu, gradu

Cecilia (22 November)

Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite ei. *Cantate ei canticum novum*.

Exuite vetustatem, nostis canticum novum. Novus homo, novum testamentum, novum canticum. Non pertinet novum canticum ad homines veteres. Non illud discunt nisi homines novi, renovati per gratiam ex vetustate, et pertinentes iam ad testamentum novum, quod est regnum calorum. Ei suspirat omnis amor noster, et cantat canticum novum. Cantet canticum novum, non lingua, sed vita.

Cantate ei canticum novum, bene cantate ei. Quarit unusquisque quomodo cantet Deo. Canta illi, sed noli male. Non vult offendi aures suas. Bene cantate, fratres. Si alicui bono auditori musico, quando tibi dicitur: canta ut placeas ei, sine aliqua

instructione musica artis cantare trepidas, ne displiceas artifici, quia quod in te imperitus non agnoscit, artifex reprehendit: quis offerat Deo bene cantare, sic iudicanti de cantore, sic examinanti omnia, sic audienti? Quando potes afferre tam elegans artificium

imbibiti, sed etiam virginalis eloquentiae thesauros adventientibus posteris elegantes eiusmodi colores una cum non deficiente verborum scaturigine impartiret.

Haec itaque vere bona, quippe Dei pars exsistens, eidem Spoonso suo et rursus nobis boni eommunione, qua nominis sui vim significationemque refert, Agatah, ab ipso bonitatis fonte Deo concessa, donoque data.

Quid autem magis beneficum quam summum bonum? Et quid magis celebrandum laudum praeconiis quispiam inveniat quam Agatham?

Agatha, cuius bonitas ad nomen, ad ipsamque rem quadrat; Agatha, quae rebus praeclare gestis bonum nomen prae se fert, et in ipso nomine parclare abs se gesta demonstrat; Agatha, quae vel suo nomine allicit, ut ad sese omnes maximopere occurrant, quae etiam suo exemplo docet, ut ad verum bonum, qui solus Deus est, omnes sine mora secum contendant.

relinquam eum.

Quibus igitur Christus tenetur? Non iniuria nexibus, non restium nodis; sed vinculis caritatis, mentis habenis stringitur, et anima tenetur affectu.

Si vis et tu tenere Christum, quaere igitur, nec poenam metuas; inter supplicia enim frequenter corporis, inter ipsas persecutorum manus Christus melius invenitur. *Quam modicum,* inquit, *fuit, cum transivi ab ipsis.* Exiguo enim spatio brevique momento cum persecutorum manus evaseris, nec succubueris potestatibus mundi, tibi Christus occurret, nec te diu tentari patietur.

Qua sic Christum requirit, qua Christum invenit, potest dicere: *Tenui eum, nec relinquam eum; donec introducam eum in domum matris meae, et in cubiculum eius quae me concepit*. Quae est domus matris tuae et cubiculum eius, nisi internum tuae secretumque naturae?

Hanc domum serva, huius domus mundato penetralia; ut, cum immaculata domus fuerit, spiritals domus in sacerdotium sanctum lapide angulari coagmentata consurgat, et Spiritus Sanctus habitet in ea. Quae sic Christum requirit, quae sic Christum obsecrat, non relinquitur ab eo, immo etiam frequenter revisitur; est enim nobiscum usque ad consummationem mundi.

festina virgo procesit, non intorto crine caput compta sed Christo; non flosculis redimita, sed moribus.

Flere omnes, ipsa sine fletu. Mirari plerique quod tam facile vita suae prodiga, quam nondum hauserat, iam quasi perfuncta donaret. Stupere universi quod iam Divinitatis testis exsisteret, quae adhuc arbitra sui per aetatem esse non posset. Effecit denique ut ei de Deo crederetur cui de homine adhuc non crederetur, quia quod ultra naturam est, de Auctore nature est.

Quanto terrore egit carnifex ut timeretur, quantis blanditiis ut suaderet, quantorum vota ut sibi ad nuptias perveniret. At illa: “Et hac Sponsi iniuria est exspectare placiturum; qui me sibi prior elegit, accipiet. Quid, percussor, moraris? Pereat corpus, quod amari potest oculis, quibus nolo.” Stetit, oravit, cervicem inflexit.

Cerneres trepidare carnificem, quasi ipse addictus fuisset; tremere percussoris dexteram, pallere ora alieno timentis periculo, cum puella non timeret suo. Habetis igitur in una hostia duplex martyrium, pudoris et religionis. Et virgo permansit et martyrium obtinuit.

cantandi, ut tam perfectis auribus in nullo displiceas?

Ecce veluti modum cantandi dat tibi: noli quarere verba, quasi explicare possis unde Deus delectatur. In iubilatione cane. Hoc est enim bene canere

Deo, in iubilatione cantare. Quid est in iubilatione canere? Intellegere, verbis explicare non posse quod canitur corde. Etenim illi qui cantant, sive in messe, sive in vinea, sive in aliquo opere ferventi, cum coeperint in verbis canticorum exsultare laeitia, veluti impleti tanta laetitia, ut eam verbis explicare non possint avertunt se a syllabis verborum, et eunt in sonum iubilationis.

Iubilum sonus quidam est significans cor parturire quod dicere non postest. Et quem decet ista iubilatio nisi ineffabilem Deum? Ineffabilis enim est, quem fari non potes. Et si eum fari non potes, et tacere non debes, quid restat nisi ut iubiles? Ut gaudeat cor sine verbis, et immensa latitudo gaudiorum metas non habeat sullabarum. *Bene cantate ei in iubilatione*.